

Ecquid attendis, ecquid animadvertis horum silentium? ^{con-}
 1Patiuntur, tacent. 2Quid exspectas auctoritatem loquen-
 tium, quorum voluntatem tacitorum perspicis? 21. At si
 hoc idem 1huic adulescenti optimo, P. Sestio, si fortissimo
 vero M. Marcello dixissem, jam mihi consuli hoc ipso in
 templo jure optimo senatus 2vim et manus intulisset. De
 te autem, Catilina, cum 3quiescunt, probant, cum patiuntur,
 decernunt, cum tacent, clamant : neque hi solum, quorum
 auctoritas est videlicet cara, vita vilissima, sed etiam
 equites Romani honestissimi atque optimi viri, ceterique
 fortissimi 4cives, qui stant circum senatum, quorum tu et
 frequentiam videre et studia perspicere et voces paulo
 ante exaudire potuisti. // Quorum ego vix abs te jam diu
 manus ac tela contineo, eosdem facile adducam ut te
 haec, quae jam pridem vastare studes, relinquentem usque
 ad portas 6prosequantur.

IX.—22. 1Quamquam quid loquor? Te ut ulla res fran-
 gat? Tu ut te unquam corrigas? Tu ut ullam fugam
 meditere? Tu ut exilium cogites? Utinam tibi istam men-
 tem di immortales 3dant! ^{archaic} Etsi video, si mea voce per-
 territus ire in exilium 4animum induxeris, 5quanta tempes-
 tas invidiae nobis, si minus in praesens tempus, recenti
 memoria scelerum tuorum, at in posteritatem impendeat.
 Sed est tanti, dum modo ista sit privata calamitas, et a
 rei publicae periculis sejungatur. Sed tu 1ut vitiis com-
 moveare, ut legum poenas pertimescas, ut temporibus rei
 publicae cedas, non est postulandum. Neque enim is es,
 Catilina, ut te aut pudor unquam a turpitudine aut metus
 a periculo aut ratio a furore revocaverit. 23. Quam ob
 rem, ut saepe jam dixi, proficiscere, ac, si mihi inimico,
 ut praedicas, tuo 1conflare vis invidiam, 2recta perge in
 exilium; 3vix feram sermones hominum, si i! feceris, vix
 molem istius invidiae, si in exilium jussu consulis ieris,
 sustinebo. 4Sin autem servire meae laudi et gloriae

a result of... with it at may after be
 used in a... sentence.